Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Deuteron

119.

Quasi primogenita tauri, pulchritudo eius cornua rhinocerotis cornua illius. In ipsis ventilabit gentes usque ad terminos terre. Hec sunt multitudines effraim, et hec milia manasse. Et aut zabulon, lete zabulon in exitu tuo, et issachar in tabernaculis tuis. Populos ad montes vocabunt, ibi immolabunt victimas iustitie, qui inundacione maris, qui lac sugent, et thesauros abscondito harenosis. Et ad aut, Benedicta in latitudine gad, qui leo requiescit, rapiens brachium et verticem, et vidit principatum suum, quod in parte sua ductor esset reposita, qui fuit cum principibus populi, et fecit iustitias domini, et iudicium suum cum israel. Dan ad aut, Dan catulus leonis, fluet largiter de basan. Et neptalim dixit, Neptalim habundantia perfruet, et plenus erit benedictionis domini, mare et meridie possidebit. Aser ad aut, Benedictus in filiis aser, sit placens fratribus suis, et tinguet in oleo pedes suos, ferrum et es calceamentum suum, sicut dies iuventutis tue, ita et senectus tua. Non est deus alius, vt deus rectissimi. Ascendit celi auxiliator tuus, magnificentia eius disturbat nubes altitudinis eius sursum, et subtus brachia sempiterna. Eiiciet a facie tua inimicum, dicetque ut perde, habitabit israel ad fidem et solus. Oculus ia cob in terra frumenti et vini, celique caligabit rore. Beatus es tu israel. Quis sicut tui populo qui saluatus in domino scutum auxilii tui, et gladius gloriae tuae. Necabunt te inimici tui, et tu eorum colla calcabis. Ascendit ergo moyses de campestribus moab, super montem nebo in verticem phasga, qui est contra iericho. Ostenditque ei dominus terram galaad usque dan, et omnem neptalim, terramque effraim, et manasse, et omnem terram usque ad mare nouissimum, et australes partes, et latitudinem campi iericho, ciuitatis palmarum usque segor. Dixitque dominus ad eum, Hec est terra pro qua iurauit abraham ysaac et iacob dicens, Semini tuo dabo eam. Vidisti oculis tuis, et non transibis ad illam. Capitulum

Mortuusque est ibi moyses, seruus domini in terra moab iubente domino, et sepelierunt eum in valle terre moab contra phegor, et non cognouit sepulchrum eius usque in presentem diem. Moyses centum et xx. annorum qui mortuus est, non caligauerunt oculi eius, nec dentes eius moti sunt, sicut uerisque eum filii israel in campestribus moab. xxx. diebus, et expleti sunt dies planctus lugentium. Moysen. Iosue vero filius nun repletus est spiritu sapientie, quia posuit moyses super eum manus suas. Et obedierunt ei filii israel, et fecerunt sicut preceperat dominus moysi. Et non surrexit propheta ultra in israel, sicut moyses quem nosset dominus facie ad faciem in omnibus signis atque portentis, que misit per eum vt faceret per eum in terra egypti,